

Serpentem dictum, utriq; suo modo commune esse palam experimur.

79. Utq; accentum duplicem in voce *nachásch*, & in voce *præ omni* (*cóòl*) *bestiæ agri*, quasi ad duplex serpentis, duplex viventium genus innuendum, congruenter positum esse animadvertere possumus:

80. ita in nomine serpentis & spirituales illum & corporales hunc serpentem connotatum intelligi convenientissimum est.

81. Et eodem modo sæpe cum corporalibus & per corporalia, etiam spiritualia atque insensilia intelligenda sunt.

82. licet alibi primò ac principaliter ad spiritualia, ut hoc loco, alibi præcipuè ad corporalia respectus habendus sit:

83. nec æquè certò & perspicuè ac præcisè ubique, quomodo & quatenus illud fiat, determinari possit.

84. Quapropter, etsi quis velit in vo-

ce